

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. I. Valet forma Græcorum, quæ hujusmodi est: Baptizatur talis servus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti. Qui tamen in Ecclesia Latina eâ uteretur, graviter peccaret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

SECTIO SECUNDA.

De forma Baptismi.

Principia
lior pars
Baptismi est
forma.

Timendum,
ne illam
heretici
immunetur
Regis.

Si sit du-
bius, est
Baptismus
repetendus.

Ordinaria
forma est
necessaria.
Rit. Rom.

Scotus.
An ex parte
Sacramen-
ti, ad ious
ministran-
tium curitur

Acturus de secunda & principaliore parte hujus Sacramenti, hoc est, forma Baptismatis, superfluum duxi referre & refutare particulatim errores, qui circa illam aliquando fuerunt: etenim singulari Dei providentia factum est, ne innumerabiles infantes perirent, ut haeretici nostri temporis vulgo utantur legitimâ formâ; quamvis, quia existimant illam non necessariam, timendum, ne subinde sive ex proprio fastu, sive ex instinctu diabolico, eam substantialiter immutent: imd id aliquando fieri, se à viris fide dignis intellectissime refert Regius ad art. 6. qu. 66. dub. 1. num. 34. Quapropter ubi agitur de Baptismo ab haereticis collato, diligenter investigandum venit, quâ formâ usi fuerint; & siquidem rationabiliter dubitetur, Baptismus sub conditione repeatatur.

Omissis igitur erroribus, quos videre est apud Alphonsum à Castro lib. 3. advers. haereses circa initium, Bellarm. lib. 1. de Baptismo cap. 3. Súarium, Vasq. & alios; hæc est legitima & Ecclesiæ Catholicæ ordinaria forma: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, quam Christus Dominus ac Magister noster ore suo sacrosancto tradidit ac præscriptis Matth. ultimo v. 19 Eunte ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Eamque omnino necessariam affirmit Rit. Rom. Tis. de Baptismo §. de forma Baptismi, in principio: *Quoniam* (inquit) *Baptismi forma bis verbis expresa*: *Ego te baptizo &c. omnino necessaria est*; ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno & eodem tempore, quo sit ablato, pronuntianda sunt.

Quia tamen (ut loquitur Scotus 4. dist. 3. q. 2. n. 5.) In Sacramentis est aliud necessarium simpliciter, scilicet ex parte Sacramenti, quo soluerit non existente, omnino non est Sacramentum; aliud est necessarium aliquatenus, scilicet ex parte ministri, sine quo minister dispensando Sacramentum, non potest vitare peccatum: quæstio esse potest, an verba jam assignata ita sint præcisæ forma Baptismi, ut sine illis non valeat Sacramentum? Ad quam Respondeo & dico:

CONCLUSIO I.

Valet forma Græcorum, quæ hujusmodi est: *Baptizatur talis servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Qui tamen in Ecclesia latina eâ uteretur, graviter peccaret.

Prima pars expressè traditur ab Eugenio IV. in Concil. Florent. ibi: *Forma autem (Baptismi) est: Ego te baptizo in nomine Patris &c. Non tamen negamus, quin & per illa verba: Baptizetur talis servus Christi in nomine Patris &c. Vel: Baptizatur manibus meis talis in nomine Patris &c. verum perficiatur Baptisma. Rationem adjungit: Quoniam cum principali causa, ex qua Baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas; instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum; si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum cum Sancta Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum.*

Quod pridem docuerat Doctor Subtilis supra n. 7. inquiens: *De forma necessaria ex parte Sacramenti, patet quod ista (ordinaria Ecclesiæ Latina) non est talis quantum ad omnia verba, ex hoc quod dictum est, quod Græci verè baptizabant, non tamen sub eadem forma. Attegit pro notitia eorum, quæ sunt necessaria ad valorem: Vnde advertendum est, quod in ista forma sunt verba principaliter pertinentia ad eam; aliqua autem non principaliter pertinent, quia exprimunt ministrum, actum & suscipientem. Ministrum enim non est simpliciter necessarium aliquo verbo exprimi, neque pronomine cuiuscumque persona; quia non est in verbis Christi Matth. ultimo. Alia autem duo, scilicet actum & suscipientem, necessarium est exprimi: sed non determinatè eodem modo, quo istis verbis exprimuntur, scilicet actus verbo indicativi modi, & suscipiens pronomine secunda persona; sed potest actus exprimi verbo alterius modi, & suscipiens verbo alterius personæ, ut Græci exprimunt.*

Si quereras, quare Ecclesia Græca noluerit servare

4

L 3

Causa, em
Greci alia
utantur for
mā, datur à
Scoti.
1. Cor. 1. v.
12.

servare formam istam? Causam (inquit
Scotus supra n. 5.) tangit Apostolus 1. Cor. 1.
Hoc autem dico, quod uniusquisque ve
strum dicit: ego quidem sum Pauli &c.
gloriabantur enim de ministris baptizantibus
quasi eis adscriberetur Baptismus, & redarguit
eos & istam eorum contentiōnem, dicens: Di
visus est Christus? Et propter hoc, ortum fuit
inter eos schisma, & ordinatum fuit inter eos ad
istud schisma tollendum, ne minister exprimere
tur in propria persona, nec actus in indicativo
modo, sed optativo: quia tunc minister non signi
ficatur esse auctor Baptismi; sed tantum minis
ter desiderans & trans effectum Baptismi con
ferendum à Deo: & suspiciens etiam non ex
primetur in secunda persona, sed in tertia: quasi
non praeceps recipere, quod recipit ab aliquo ser
mone sibi dirigente.

De eius
validitate
nefas est du
bitare;

Quia etiam
nunc, Eccle
sia permit
tente, licita
ritur.

Tenetur
Latinus
sub peccato
uti forma
ordinata,

Nefas ergo sit dubitare de validitate hu
ius formæ, qua à temporibus Apostoloru
rum in Ecclesia Græcâ licita, rationabilis,
imò præcepta fuit; utpote usū & confus
tudine recepta. An autem hodie cessante
ista causa licet? responder Docto[r] noster
supra num. 6. Vel Romana Ecclesia prohibuit
istam formam quantum ad eos; & tunc peccante
servando (quod expresse non invenitur in aliquo
capitulo speciale mentionem faciente de eis) vel
si permisit sive concepit, licetum videtur eis illam
formam continuare. Et si tali permissione se li
centia flante, in Conciliis suis particularibus or
dinaverunt inter se talen formam esse servan
dam, videtur quod minister eorum tenetur eam
servare: sicut flante illa permissione Ecclesia Ro
mana, quod alibi fiat trina immersio, alibi
una; in illa Ecclesia, que determinavit trinam
immersionem servandam, sic faciendum est, &
est de necessitate ministri præceptum & modum
propria Ecclesiæ servare.

Atque hæc sit probatio secundæ partis
conclusionis, de qua sic discurret idem Do
ctor ibidem n. 5. Si queratur de forma se
condo modo necessaria, hoc est, de forma neces
saria obseruanda à ministro; dico, quid in totâ
Ecclesia Româna forma necessaria hæc est, de
qua queritur (Ego te baptizo &c.) forma
necessaria scilicet ministro; & hoc loquendo de
ministro, cui competit ex officio baptizare: nam
istum non potest ignorantia excusare, quia re
netur scrire illa, que sunt sui officij, ad quod de
putatur.

Probat: Quia quilibet minister in Ecclesia
Romana tenetur necessario illam formam serva
re, quam talis Ecclesia imposuit ministris: hu
iusmodi est ista, de qua queritur. Patet ex cap.
Si quis 1. extra de Baptismo & ejus effectu,
quod est Alexand. III. Si quis puerum ter in
aqua immerserit in nomine Patris, & Filii, &
spiritus sancti amen; & non dixerit: Ego te

baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spi
ritus sancti amen; non est puer baptizatus.
Confirmatur ex Florent. supra, Rer. Rom.
& perpetuo usu.

Cumq[ue] forma Sacramenti indubie sit
res gravis; notabilis ejus variatio, etiam
solum accidentalis, contra ritum propriu[m]
Ecclesiae, nequit excusari à gravi peccato.
Porro magnam diversitatem inter has for
mas quis Theologus non libenter fatea
tur?

Et ideo hanc partem conclusionis doc
tent Reginaldus lib. 27. num. 24. & alij Reginaldi
communiter, quos sequitur Dicatullo disp. Disputatio
1. cub. 3. num. 44. addens non videri
eamdem rationem de eo, qui baptizare
vulgari sermone: aliquando enim admini
stratur sic in Ecclesia latina, nunquam cum
forma Græcorum, et si aliquoquin valeret.
Sicuti Sacerdos in Ecclesia latina validè
consecrat panem fermentatum, quamvis
graviter peccet; quia notabiliter immutat,
et si dumtaxat accidentaliter, materiam sa
cramenti contra ritum sua Ecclesie. Secundus i
tamen vulgari ser
mone.

Interim Ecclesia in substantialibus Sa
cramentorum numquam aliquid mutavit
(ut ostendimus disp. præced. sect. 3. con
clus. 4.) neque potest. Unde si materia
aut forma simel & in una Ecclesia est effe
cialis, semper & in omni Ecclesia talis per
manet, donec & usque à Christo, qui eas
determinavit, alter ordinetur.

Ex iam dictis non difficulter colligitur,
qua sit forma necessaria ex parte Sacramen
ti: pro majori tamen claritate pono le
quentes conclusiones.

CONCLUSIO II.

Ut forma Baptismi valeat, de
bet exprimere actionem mi
nistri.

E st communis. Ratio à priori volun
tas Christi, qua sumitur ex illo Matt.
ultimo v. 19. Baptizantes eos &c. secun
dum communem & perpetuum intelle
ctum Ecclesiae. Alias enim si accipiuntur
verba prout jacent, videretur sufficere ablu
tio in actu exercito; siquidem codem loco
dicitur: Docete omnes gentes; & Luc. 22. v. 19. Hoc facite in meam commemorationem:
non tamen propterea debent Sacerdotes di
cere, se confolare, neque baptizans, se
docere: satis est actuale exercitum. Et sic
forte etiam in Baptismo possit sufficere
externa